



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Guillelmi Postelli De Repvblica**

**Postel, Guillaume**

**Lvgdvni Batavorvm, 1635**

Cap. XV. De custodibus, quos Græci ανπ[γρ]αφεις vocant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

132 DE REPUBLICA  
custodes? Ad te æquissime Can-  
cellarietantum iuris asylum ni-  
si recurrant miseri, actum de re  
illorum est. Logistas, & voca-  
bulo suo noverant Latini, reique  
publicæ curatores appellabant.  
L. curator. C. de modo multar.  
Curator Reipub. (inquit Impe-  
rator) qui Græco vocabulo lo-  
gista nuncupatur, mulctandius  
non habet.

C A P. X V.

*De custodibus, quos Græci  
ἀντιγραφεῖς vocant.*

Q UOS Græci ἀντιγραφεῖς di-  
xere, Latini custodes, aut  
Græca voce, antigrauarios ap-  
pellarunt. Aderant hi observa-  
tores his de quibus proximo ca-  
pite egi, rationesque omnes in  
diario scribebant: quod nostri fa-  
cere non solent in omni admini-  
stratio-

stratione publica, pecuniarum  
 præcipue. Æschines *ἡ κτηνο-  
 φωνία. πρῶτον μὲν τῶν ἄλλων*  
 &c. Primum quidem ô Athe-  
 nienses, suffragiis eligebatur an-  
 tigrapharius urbi, qui in singulis  
 Prytaniis proventuum rationes  
 populo recitaret. Ulpianus Tir.  
 de adm. tut. L. Si plures. Dati  
 sunt, inquit, quasi observatores  
 actus eius, & custodes. Suidas ait  
*ἡ γραμματεία καὶ ἀντιγραφεία* ea-  
 dem significatione esse, fortasse  
 iam degenerem linguam suo se-  
 culo secutus. vocant enim vulga-  
 ri voce *ἡ γραμματεῖον*, scribam,  
 & antigrapheum Græci omnes.  
 subiungit autem, primum acta  
 senatus recitare solitum, alterum  
 transcribere. Statim vero sui im-  
 memor, palinodiam cantat. sed in-  
 melius meo iudicio mutata sen-  
 tentia. Alterum enim ait fuisse  
 in senatu, alterum in publica ad-  
 ministratione observanda: quod

Can-  
 m ni-  
 dere  
 oca-  
 que  
 ant.  
 altar.  
 npe-  
 o lo-  
 lius

ec

s di-  
 aut  
 ap-  
 va-  
 ca-  
 es in  
 i fa-  
 ini-  
 tio-

134 DE REPUBLICA  
& rationi, & hodierno rerum  
usui apud nos est consentaneum.  
In curiis enim omnibus est scri-  
ba qui calamo celerrime à iudici-  
bus prolata excipit, quem <sup>γραφω-  
μαρτα</sup> nominare possumus. Al-  
ter est qui singulis accepti, &  
impensi publici rationibus adest  
custos, aut antigraphus. Verum  
& de scribis dicere ex occasione  
operæ præcium videtur. <sup>γραφω-  
μαρται</sup> erant scribæ tres numero, ait  
Suidas, quos Romani à secretis  
dicunt, qui acta senatus sanctio-  
ra, transcribebant, servabantque.  
Cæteri tamen Græci volunt à  
singulis tribubus singulos fuisse:  
quod vero similis est. Nam  
qui fieri potuisset ut tam ingens  
Reipublicæ moles, populusque  
seditioni natus, tantum tres scri-  
bas haberet, quum tot essent iu-  
dicia, iudicumque ordines, qui-  
bus ipsis necessario aderant sin-  
guli? *Æschines* <sup>Ἐσχίνης</sup> etiam  
addit

ATHENIENSIVM. 135  
addit scribas solitos illorum no-  
mina excipere, & servare, qui ad-  
ministratæ Reipub. essent ratio-  
nem reddituri: & quoad reddi-  
dissent, in publicis diariis conser-  
vare. quæ in re fere illis conve-  
nit cum nostris. Nulla Respub.  
mihi videtur illis carere potuisse.  
itaque nullam comparationem  
addere visum est.

C A P. X V I.

*De quæstoribus illis quos Græci demarchos vocant.*

QUOS Græci *δημαρχοι* no-  
minant, an recte quæstores  
vocare debeam, an ex vi verbi  
tribunos pl. quum apud nostros  
le exactorum genus inusitatum  
sit, nescio. Videbitur ex officio  
vis nominis, & propria appella-  
tio. Scribant multi fuisse de-  
cem numero veluti tribunos pl.

L 4 aut